39 1464 20 7bre

Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Anglerieque Comes ac Janue et Cremone dominus. Non sumus immemores cum alias Venetijs
exactio fieret ad computum medij pro centenario valoris mercimoniorum et rerum que inde ad hanc urbem et ad alias dominij nostri partes et ex ipsis urbe et
partibus nostris eo perducuntur quequidem horum civium Mediolanensium et aliorum subditorum nostrorum preterque Cremonensium essent et conferri debebant
huiusmodi pecunie in et ad satisfactionem illorum ex ipsis civibus nostris qui paulo ante obitum Ill.mi recolende semper memorie principis domini ducis Filippi Marie
patris et predecessoris nostri quam honorandissimi Venetijs damnificati fuerunt etc. Operam dedisse quod talis exactio pro comoditate civium et subditorum ipsorum nostrorum et honore
quidem nostro a dicta Venetiarum civitate levaretur et in ditionem nostram transferretur. Decrevimus simul quod exactio ipsa fieret solummodo iuxta valorem et
estimationem huiusmodi mercimoniorum et rerum que continentur et annotantur in dato datij mercantie huius ipsius urbis nostre. Quequidem omnia latius constant
litteris nostris patentibus hic datis die xxiiij decembris anni Mº Lº quinti. Non ignoramus preterea ad supplicationem et instantiam civium predictorum damnificatorum
concessisse per alias nostras patentes litteras hic datas die viij Novembris anni Mº Lº octavi ut huiusmodi exactionem possent dicti cives pro eorum libito exigi
facere sive per viam faciendi per eos incantus sive aliter prout eis melius et utilius visum fuisset velut latius in ipsis agitur litteris. Tenemus et memorie
cum cives illi nostri quorum in comoditatem et solutionem vertebantur huiusmodi pecunie et ad earum exactionem deputati lamentarentur quod talis estimationum
tenuis et levis erat et regulator et magister intratarum nostrarum aliam estimationem et limitationem cum additione quadam fecissent nos concessisse quod iuxta ea
procederetur et exigeretur quemadmodum alijs nostris patentibus ex litteris colligitur hic datis die sexto Junij anni Mº Lº tertij proxime delapsi. Verum cum
hac ex nova limitatione et additione graviter indoleant ij a quibus perducuntur mercimonia et solutio fit huiusmodi et allegent satis et super esse quod ulla sine
culpa sua solvant medium illud pro centenario veteris estimationis absque eo quod aggravarentur ulterius, hec continerent hoc quoque datijs et intratis ac rebus
nostris preiudicium afferre. Sicque pluribus iam mensibus res in ambiguo permanserit. Nos hoc et omnia que ad rem pertineant mature et diligentissime
considerantes et circumspicientes et humanitati benignitati et honestati libenter attendentes contentamur et decernimus tenore presentium sicut et videtur
nobilibus Bartolameo Trovamala et dictis magistris intratarum nostrarum et Julino de Vicomercato civi nostro rationatori generali quibus rem ipsam examinandam
commiseramus. Ut exactio ipsa fiat tantummodo iuxta valorem et estimationem mercimoniorum et rerum ipsarum annotatam in antedicto dato datij mercantie
et quemadmodum continent et disponunt prefate priores littere nostre. Cum hoc quod talis exactio non solum de cetero fiat sed etiam pro mercimonijs et
rebus illis que a kalendis augusti proxime preteriti citra conducte desupra comperiantur. Atque revocamus et annullamus novam illam dictorum
regulatoris et magistrorum intratarum nostrarum limitationem et additionem et nostram pariter eius approbationem et confirmationem. Intendentes tamen et
decernentes quod huiusmodi solutio fiat tam per illos quos cives nos creavissemus et creavimus quam per veteres et originarios iuxta tenorem tertiarie litterarum
nostrarum. Quoniam non magis in culpa sunt priores ipsi quam novi. Et negotiationes ab ijs omnibus fiunt pro eorum comoditate. Fiat etiam exactio ipsa in
nostro Casalismaioris oppido iuxta solitum. Et in reliquis etiam que non habuerunt executionem procedant valeant et locum habeant omnes littere nostre
patentes quas in hac materia concessimus. Mandantes demum ipsis regulatori et magistris nostris deputatis et deputandis ad ipsam exactionem
ac ceteris omnibus ad quos spectet et spectare possit in futurum quatenus ipsas priores litteras nostras et hanc concessionem deliberationem et mentem nostram
observent et exequantur et observari faciant et executioni demandari. In quorum testimonium presentes fieri ac registrari iussimus nostrique sigilli munimine roborari.
Datum Mediolani die vigesimo Septembris Mº Lº quarto.

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (39)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801382093-12/fragment/page=0002

39

1464 20 7bre
Milano

1464
20 Settembre
Milano

Franciscus Sfortia Vicecomes Dux Mediolani etc. Papie Angleriaeque Comes ac Janue et Cremone dominus. Non sumus immemores, Cum alias Venetijs
exactio fieret ad computum medij pro centenario valoris mercimoniorum, et rerum que inde ad hanc Urbem et ad alias dominij nostri partes, et ex ipsis Urbe et
partibus nostris eo perducuntur, quequidem horum Civium Mediolanen. et aliorum subditorum nostrorum preterque Cremonensium essent, et conferri debebant
huiusmodi pecunie in et ad satisfactionem illorum, ex ipsis Civibus nostris qui paulo ante obitum Ill.mi recolende semper memorie principis domini ducis Filippi Marie
patris et predecessoris nostri quam honorandissimi Venetijs damnificati fuerunt etc. Operam dedisse quod talis exactio pro comoditate Civium et subditorum ipsorum nostrorum et honore
quidem nostro a dicta Venetiarum Civitate levaretur et in ditionem nostram transferretur. Decrevimus simul quod exactio ipsa fieret solummodo iuxta valorem et
estimationem euismodi mercimoniorum et rerum, que continentur et annotantur in dato datij mercantie huius ipsius Urbis nostre. Quequidem omnia latius constant
litteris nostris patentibus hic datis die xxiiij decembris anni millesimi Lquinti. Non ignoramus preterea ad supplicationem et instantiam Civium predictorum damnificatorum
concessisse per alias nostras patentes litteras hic datas die viij Novembris anni millesimi Loctavi ut euismodi exactionem possent dicti Cives pro eorum libito exigi
facere, sive per viam faciendi per eos incantus sive aliter prout eis melius et utilius visum fuisset, velut latius in ipsis agitur litteris. Tenemus et memorie
cum Cives illi nostri quorum in comoditatem et solutionem verterebantur huiusmodi pecunie et ad earum exactionem deputati lamentarentur quod talis estimatio nimium
tenuis et levis erat et Regulator et Magister intratarum nostrarum aliam estimationem et limitationem cum additione quadam fecissent, Nos concessisse quod iuxta ea
procederetur et exigeretur, quemadmodum alijs nostris patentibus ex litteris relegitur hic datis die sexto Junij anni millesimi Ltertij proxime delapsi. Verum cum
hac ex nova limitatione et additione graviter indoleant ij a quibus perducuntur mercimonia et solutio fit euismodi et allegent satis et super esse quod ulla sine
culpa sua solvant medium illud pro centenario veteris estimationis absque eo quod aggravarentur ulterius, hec contineat hoc quoque datijs et intratis ac rebus
nostris preiudicium afferre. Sicque pluribus iam mensibus res in ambiguo permanserit. Nos hoc et omnia que ad rem pertineant mature et diligentissime
considerantes et circumspicientes et humanitati benignitati et honestati libenter attendentes, Contentamur et decernimus tenore presentium, sicut et videtur
nobilibus Bertolameo Trovamala et dictis Magistris intratarum nostrarum, et Julino de Vicomercato Curie nostre Rationatori generali, quibus rem ipsam examinandam
comiseramus, et exactio ipsa fiat tantummodo iuxta valorem et estimationem mercimoniorum et rerum ipsarum annotatam in antedicto dato datij mercatie
et quemadmodum continent et disponunt prefate priores littere nostre. Cum hoc quod talis exactio non solum de cetero fiat. Sed etiam pro mercimonijs et
rebus illis que a kalendis Augusti proxime preteriti citra conducte desupra comperiantur. Atque revocamus et annullamus novam illam dictorum
Regulatoris et Magistrorum intratarum nostrarum limitationem et additionem, et nostram pariter eius approbationem et confirmationem, Intendentes tamen et
decernentes quod huiusmodi solutio fiat tam per illos quos Cives nos creavissemus et creavimus quam per veteres et originarios iuxta tenorem tertiarum litterarum
nostrarum. Quoniam non magis in culpa sunt priores ipsi quam novi. Et negotiationes ab ijs omnibus fiunt pro eorum comoditate. Fiat etiam exactio ipsa in
nostro Casalismaioris oppido iuxta solitum, et in reliquis etiam, que non habuerunt executionem, procedant valeant et locum habeant omnes littere nostre
patentes quas in hac materia concessimus. Mandantes demum ipsis Regulatori et Magistris nostris deputatis et deputandis ad ipsam exactionem
ac ceteris omnibus ad quos spectet et spectare possit in futurum, quatenus ipsas priores litteras nostras et hanc concessionem deliberationem et mentem nostram
observent et exequantur et observari faciant et executioni demandari. In quorum testimonium presentes fieri ac registrari iussimus nostrique sigilli munimine roborari.
Dat. Mediolani die vigesimo Septembris anno millesimo Lquarto.

[illegible]

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.
Morbio 7 (39)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1801382093-12/fragment/page=0003